



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

94 Tortura in clericis mitior esse debet, quàm in laicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

mundus, septem petitiones in oratione Dominicali, septem Psalini penitenciales septem diaconi, & septem candelabra, & dicitur septem horæ ab ecclesiasticis in memoriam passionis Domini Nostri Jesu Christi, sunt recitandæ, vnde versus.

Hæc sunt septenis, propter quæ psallimus 3 horis,

scatutina ligat Christum, qui crimina purgat.

Prima replet spolis, causam dat Tertio mortis.

Sexta cruci nectit, latus eius Nonabi-partit.

Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

d. gloss. fin. in cap. 1. de celebr. Miss. & optime declarat Graff. decis. aur. de hor. can. d. cap. 50. num. 3.

90 Tenentur etiam ad horarum recitationem pensionarii, quibus uti clericis, fuerunt pensiones assignatæ, seu officii Beatissimæ Virginis Mariæ, aliàs mortaliter peccant, & ad fructuum restitutionem sunt obligati, per suprad. constit. Pij V. in Bull. Rom. cap. 138. §. at quicumque adverbium relatum per Navar. in manual. cap. 25. num. 22. & Graff. eod. cap. 50. num. 8. & 9.

91 Dummodo ¶ alia de causa ad officii Romani recitationem non sint obligati, cum tunc sufficiat dominicum officium recitare, ut concludit Navar. de celebr. Miss. conf. 18. lib. 3. & Graff. d. num. 9.

92 ¶ Non tamen tenentur laici, quibus uti viris bene meritis, quandoque reservantur pensiones, ut reservari possunt: quia dicta constitutio loquitur tantum de percipientibus pensiones, uti clericis, in d. §. at quicumque: quapropter non obligat laicos, ut eod. cap. 50. num. 9. 10. Et de horis cano-

nicis, & qui illas recitare teneantur, de pœnis non recitantium, qualiter, & quomodo sint dicendæ, & qui ab earum recitatione excusentur, copiose scripserunt Navar. de hor. canon. tom. 3. & Graff. in decis. d. cap. 50. cum quatuor seq. par. 1. lib. 2.

Cum ¶ autem supra pluribus actum fuerit de delictis clericorum, quæritur, an torqueri possint. Et regulariter clerici, & sacerdotes pro delictis possunt torqueri, ut cap. 1. & ibi gloss. penult. de depos. Abb. in cap. cum in contemplatione, num. 6. de reg. iur. Alciat. in cap. 1. num. 43. vers. advertas tamen, de officio Ordinarii, & Bosl. in tit. de ind. aut. tort. num. 103.

94 Tortura ¶ tamen non debet esse ita severa in clericis, sicut in laicis. Diaz pract. crim. cap. 127. num. 6. & in Lap. in addit. ubi testatur hanc esse communem opinionem, quæ contradictorem non habet, & Direct. Inquisit. in 3. par. lib. 3. Schol. 118. vers. de clericis. Vnde non debent supponi aculeis, vel fideiculis, seu virgis, aut corrigiatis, ut inquit Abb. d. num. 6. in fin. Clar. in pract. crim. §. fin. quest. 64. num. 23. ubi post Abb. Diaz. & Vivi. per ipsum citatos, dicit hanc esse communem opinionem; & eadem tenent alii, quos citat Farinac. in sua pract. crim. q. 47. nr. p. 1. tom. 2.

Contraria ¶ autem opinio, quam ibi num. 12. & 13. Farinac. sustinere conatur, est contra communem opinionem, & cum ipse redarguat Doctores supra citatos, uti non multum accurate loquentes, ibi n. 3. in fin. puto ipsum parum accurate loqui, dum inquit, nescire videre rationem diversitatis, cur scilicet clerici debeant levius torqueri, & mitius, quam laici: Ratio autem diversitatis est, quia clerici sunt omnibus laicis digniores, ut infra patebit.